



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CXII. Beschlüsse der Gewandschneider- und Kaufmanns-Gilde zu Stendal,
niedergeschrieben im Jahre 1328 und in folgenden Jahren.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

eisdem. Immo renunciauimus et presentibus renunciamus dictis duobus talentis, atque omni juri, quod nobis competiit in ipsis, solemnitate debita, que consueuit in talibus obseruari. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum, presentibus nobili viro Domino Buffone Comite de Mansfelt, Domino Segero preposito Stendaliensi, ac Hermanno de Luchowe cum aliis fide dignis. Datum Anno Domini MCCCXXVII. in crastino sancti Thome Apostoli.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 57.

CXII. Beschlüsse der Gewandschneider- und Kaufmanns-Gilde zu Stendal, niedergeschrieben im Jahre 1328 und in folgenden Jahren.

Anno domini M^o. CCC^o. XXVIII^o. scriptus est iste liber per manus volcekini scriptoris, in quo stant et notata sunt omnia decreta et statuta gulde pannicidarum et mercatorum. Primo premititur privilegium, In quo Marchiones Brandenburgenses eandem guldam approbando ratificauerunt (No. VIII. vom Jahre 1231). Inferius patebunt statuta et decreta gulde pannicidarum.

Anno domini M^o. CC^o. LXVI^o., quum wescelinus filius ghiselberti pellificis fuit magister gulde, ministrabant albertus monetarius, Godo de Sluden, Jordanus vlamenger, Baldewinus de zerwift. Tunc intrarunt fraternitatem: Symon de gardeleghe, Johannes flauus, Johannes filius Bossonis, Nicolaus muzzelwerder, Johannes storm, Cono dufer, Johannes filius heysonis, dominus hinricus plebanus, Godfrid vlamenger, Dominus philippus, hinricus de gardeleghe, Rolekinus, Thidemannus, Johannes de sancto Spiritu, Reynerus de domina nostra, omnes sacerdotes.

Anno domini M^o. CC^o. LXX^o., quum Junior thuriz fuit magister gulde et cum eo herbordus de bismarck, wilhelmus de mossun: tunc ministrabant Bernardus de Gardelegen, Guntrammus, Johannes velkoperus et ipfamet gulda loco quarti focii.

Anno domini M^o. CC^o. LXXVII^o. fuit magister gulde Cono hidden, Guntramus et thifemannus cum eo: tunc ministrabant gulde Godescalcus de yerchow, Gherdangus filius iohannis, Johannes Storm, Zabellus tutor. Etiam isti guldam tunc intrarunt: gherdangi, henneke wescelinus, hen. hidonis, hinricus de burs, Ghifeko de borcken, franko herbordj, herbordus monetarius, Arnoldus stendal, heyno de Brunswich.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXI^o. fuit magister gulde wezzelinus, Godescalcus de yerchow et hinricus audax cum ipso: tunc ministrarunt wilhelmus mossun, Thifeman de Scadewer, hen. heysonis et gulda loco quarti. Tunc institutus fuit magister hinricus de rokiz. Aldermanus Gherardus vlamenger, thifeman de Scadewer, Ministrantes herman de wareborch, Jo. klot, Nicolaus grawetop.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXVII^o. fuit magister gulde C. et hen. de brunswich, Godo de Sluden pro henrico de rokiz, Aldermanus Ghiso Scadewer, Gherardus vlamenger, ministrantes Jo. klot, nicol. grawetop. filius hen. de brunswich, Conradus flauue, tunc institutus fuit magister Gerdangus de Scadewer. Aldermani Bollo et Arnoldus de kliceke, Ministrantes Godo denecker, thidericus Wegheleue, Nicol. Scadewer, Hinricus burs.

Anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. sequenti die post divisionem Apostolorum biberunt guldam:

tunc fuit magister Johannes thuriz, Aldermanni Jo. klot, thid. wegheleue, ad futuram guldam magister, Godescalcus de yerchowe, Aldermanni Godo denekinj, Nicol. Scadewer, Ministrantes Gherardus vlamfenger, thidericus noppowe, Ludinger aurifaber, Thid. de winbur. Tunc decretum fuit a communitate fratrum gulde. Quicumque de confratribus detesseraret sua uestimenta, talis deberet carere sua gulda et fraternitate. Item statutum fuit, vt quum aliquis de confratribus gulde moreretur, vna libra cere ibi a magistris mitti deberet. Eciam statuendo communiter decreuerunt, quod quicumque de confratribus gulde extra ciuitatem moreretur, si defuerit quando gulda bibitur, tali vinum non mittatur. Simili modo de clericis siue sacerdotibus, non confedentibus fratribus, quando gulda bibitur, nichil de vino mittatur. Item denarii, qui dantur ad stipam et ad ceram quando gulda bibitur, debent eque diuidi. Dimidia pars illorum dari debet infirmis ad sanctum spiritum et infirmis extra ciuitatem, alia dimidia pars ad ceram debet obseruari. Item decreuerunt quod si alicuius filius aut cognatus siue consanguineus guldam habens, qui vxorem legitimam non habet, si in ciuitate fuerit et non sedeat cum fratribus, quando gulda bibitur, sibi vinum non mittatur; ad huc tamen dare debet suos denarios ad ceram.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXI^o. biberunt guldam: tunc institutus fuit magister Ghiso de Scadewer, Aldermannus thid. noppowe, fredericus ex hokoue, Ministrantes franco de bismarck, thid. mossvn, hartungus grawetop.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o. die Bartholomei biberunt guldam: tunc instituebatur magister gulde Jo. klot, aldermani Jord. vlamfenger, Jo. wezzell: ministrantes hinricus stenuelt, hen. thuris, Symon stamer, hen. calue.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXV^o. infra octauam apostolorum petri et pauli biberunt guldam: tunc fuit magister Jo. klot., Aldermanni Jordanus vlamfenger et Joh. Wezzlin: qui ministrarunt henr. de thuriz, Symon stenmar, Henr. calue et Hen. stenuelde. Ad futuram guldam institutus fuit magister Gherardus vlamfenger, Aldermanni henr. thuriz, hinricus filius godescalci de yerchowe, Ministrantes hinricus de borcken, Hinricus filomena, hinricus audax, kuno dufer.

Anno domini M^o. CC^o. LXXXIX^o. vigilia Sancti Bartholomei biberunt guldam: tunc fuit magister Jordanus vlamfenger, Aldermanni hinricus de borcken et hen. de calue: qui ministrarunt Beteko de hemerte, thidericus de Sluden, hinricus mossun, Heyfo klempowe. Tunc ad futuram guldam instituebatur magister Johannes heysonis: Aldermanni Beteko de hemerte, thidericus de Sluden: Ministrantes hinricus de angermunde prefectus, hinricus de rokiz, herbordi, conradus hiddo.

Anno domini M^o. CCC^o. I. dominica ante Natiuitatem beate Marie biberunt guldam: magister fuit hinricus de yerchowe: aldermanni Beteko de hemerte, thid. de sluden: ministrantes hinricus de tangermunde, hinricus rokiz, herbordi, conradus hiddo.

Anno domini M^o. CCCIII^o. biberunt guldam: tunc institutus fuit magister nicolaus de Scadewer: Aldermanni hinricus de rokiz et iacobus de sluden: Ministrantes hen. kremkowe, hen. infel, hen. hoyer, Nicol. infitor. Et communiter tunc statuerunt pro decreto, vt si quis confratrem suum malectraret pro gulda mercatorum V solidos emendabit. Sed pro gulda feueren id est nauigancium III solidos dabit: se autem ambas habuerit guldas, VIII solidos dabit: si vero vnam guldam tunc habuerit pro una emendabit. Item eodem tempore vniuersitas fratrum statuit tale decretum, quod quicumque guldam habere uoluerit mercatorum, cuius pater antea eam habuerat, II sol. eam optinebit. Item statuerunt decretum de gulda nauigantium idem feueren firmiter obseruandum. Filius burgenlis nostri, cuius pater ipsam ante habuerat ad primam morghensprake recipietur et dabit II solidos et II denarios; Sed alienus, cuius pater ipsam guldam prius non habuerit, V Sol. dabit,

si eam accipere voluerit. Item decreuerunt quod si aliquis confratrum moreretur habens uxorem legitimam, si illa in viduitate moreretur, tunc purpura gulde sibi deberet ministrari. Sin autem alterum virum duceret, tunc nullatenus ei concedatur. Item aliud decretum a fratribus obseruandum. Si aliquis de fratribus gulde, quicumque fuerit ille, qui pro debitis de introitu uel pro confratre suo uel pro extraneo promiserit, dummodo non fuerit pro contractu debitorum, ut de sandice siue de pannis ut de bonis gulde venditis fuerit inculatus, ad primam morgheſprake tale debitum perfoluere debet, et preterea perfoluere iuſſus fuerit. Si non fecerit, ſtatim vadiabit tantum, quantum pro ſua gulda acquirenda dedit. Sed ſi tribus vicibus ſubſiterit et non fecerit, confraternitatis ſue expers erit. Item duo ultimi, qui fraternitatem ſiue guldam intrauerint, Seruire debent, quando gulda bibitur, et eis nichil de vino contraddi debet, niſi tantummodo eorum quarta. Item nullus Clericorum ad guldam recipi debet, niſi fuerit canonicus uel beneficium habens in ciuitate ſtendal. Item nullus recipietur ad guldam nauigancium antequam gulda ventura ſit bibita et celebrata. Item ſtatuerunt, quod nullus debeat demutuare pannum ſtendaliensem, niſi ſtatim recipiat pignus, quod melius ſit quam pannus et omni menſe magiſtri et vnus de fratribus ibunt et recipient de hiis omnium iuramenta et quociens aliquis hoc infregerit mutuando, tociens II ſolidos pro exceſſu erogabit. Item eodem anno ante Natiuitatem Sancte Marie fratres communiter decreuerunt, quod quicumque poſt hunc diem eorum fraternitatem ſiue guldam habere ſeu acquirere voluerit, cuius pater eam ante non habuerat, tria talenta denariorum erogabit, nichil inde ſibi dimittendum et ad terciam morgheſprake recipietur; ſed illa tria talenta dabit antequam fraternitas ſiue gulda ſibi conferatur. Item decreuerunt, quod quicumque pro ſuo delicto reacquireret a dominis conſulibus ciuilitatem, Similiter a magiſtris gulde confraternitatem reacquirere deberet, ac ſi antea eam non habuiſſet. Item decretum, quod quicumque queſierit duabus vicibus morgheſprake, petens pro gulda et fraternitate, ſi ad terciam non venerit, domi ſi fuerit preſumptuoſe ſuperſedendo et ultra non queſierit, ille prime due vices ſibi nichil profunt, ſed ab initio queritet eam. Item decretum, quod ſtatuerunt: ſi aliquis confratrum gulde ad tantam veniret inopiam, quod ipſum a ciuitate recedere contingeret, et ſi infra trigennium rediret nuſquam alias habendo ciuilitatem, ſi daret ſuos denarios ad ceram, guldam ſuam non perderet et vinum ſuum ei dabitur omni veſpere, quando gulda bibitur et celebratur. Iſti eciam tunc ſua officia abiurauerunt: Eggelko caſtil, horn, ſtalberghe, henr. filius radolſi carnificis, Jo. buck, henr. bernardi, deneke noye.

Anno domini M^o. CCC^o. IX^o. In die exaltacionis Sancte Crucis biberunt guldam: tunc fuit magiſter Johannes de Calue, Aldermanni thid. de Scaderwer, franco de biſmarck; qui miniſtrauerunt Beringer ſtorm, nicol. de ſluden, Jo. klot, Coneke frater ebelingi. Ad futuram guldam magiſter hinr. de rokiz, Aldermani veringer ſtorm, Jo. klot, miniſtrantes Rulo biſmarck.

Anno domini M^o. CCC^o. XXI. Dominica proxima poſt Barthol. biberunt mercatores guldam: tunc inſtitutus fuit magiſter Eggelbertus caſtil, Aldermanni Seſſeko prefectus, hen. dufer; Miniſtrantes ad futuram guldam Heyſeke de cimiterio, Godeſcalcus de yerchow, Johannes de Sluden, hinricus de biſmarck. Tunc facti ſunt mercatores recepti ad guldam: Johannes gunteri, Johannes filius hen. de rokiz, Johannes filius hinr. de rokiz, Johannes de kothen, Conr. de kalue Senior, Arnoldus vlamenger, Jo. Schemergen, Johannes laurentii, Johannes ſtendal, Nicol. faxo, Weſſel klot.

Anno domini M^o. CCC^o. XXV. proxima dominica poſt Bartholomei biberunt pannicide et mercatores guldam: tunc inſtitutus fuit magiſter Nicol. gunter, Aldermanni Godeſcalcus de yerchow, Ehardus de Kiriz: Miniſtrantes ad futuram guldam Johannes de Arneborch, Johannes gherdangi,

Johannes de buck, Reynerus de kalue. Tunc acquieuerunt guldam magister petrus de gardeleghe, prepositus de wolmirstede, dominus weffeco de Luderiz, canonicus Sancti Nicolai in Stendal, Beteke de hildenfem, Gherardus de doffa, Wefcelinus de borcken, sacerdotis, Jo. miles de brunckow, henr. de porey, magister Johannes de Sciuelbein, yagowe, arnoldus portiz, Gherardus noppowe, thidericus rokiz Juuenis, Rulo diues, Jordanus diues, Conradus scadewer, nicol. scadewer. Tunc omnes fratres gulde communiter decreuerunt et statuerunt, quod quicumque guldam pannicidarum postmodum acquireret, primo per annum ciuilitatem habere deberet, et tunc deinceps guldam ad tria colloquia inquireret. Sed si aliquis textorum postea guldam uellet acquirere, dabit X marcas in parato de hoc sibi nihil dimittetur, tunc Arnoldus de portiz et Juuenis sua officia abiurauerunt.

Anno domini M^o. CCC^o. XXVIII^o. proxima dominica post Bartholomei biberunt guldam: tunc fuit magister Jacobus de Sluden, Loco nicol. gunteri, quia infirmus fuit: Aldermanni Ech. de kiriz, Godescalcus de yerchow: qui ministrauerunt Johannes gherdangi, Jo. de arneborch, Jo. de buck et Reyner de kalue. Tunc instituebatur magister ad futuram guldam Cristianus kint, Aldermanni Johannes de Sluden, Reyner de calue: Ministrantes Deneke noye, Conradus hiddo, wineker de Scadewer et senior ghiso de Scadewer supra semitam. Tunc istis dabatur gulda: Domino bernardo de belitz, canonico in magdeburg, Domino de ostheren, decano in Stendal et suo fratri domino Conrado, suekino de Buch, hinr. de Rochowe, Ot. de koninggefmarck, domino de Osten, Rindekino, Arnoldo de roflow, Gropeken, hen. de koninggefmarck; Item de burgenfibus isti guldam acquieuerunt: Johannes de bifmarck, henr. de kokede, Coppe belcowe, willekinus de Arneborch, thid. borcken, Conradus vrigensten, tilo de scadewer, Ghiso frater wineker de scadewer, nicol. de bifmarck filii rulonis, Jordanus vlamfenger, willekinus de ofenbrucke, merfoeko, hinricus kregemester et Coppe filius Jacobi de sluden.

Anno M^o. CCC^o. XX^o. IX. habuerunt colloquium mercatores et pannicide et vnanimiter decreuerunt omnes et statuerunt, quod quicumque semel fuerit magister gulde, nunquam omnino in magistrum eligetur et si magister gulde infirmus fuerit uel absens, quando gulda bibitur, tunc alter qui prius magister non fuerit, loco sui ponetur et tollet que ad ipsum spectant. Eodem tempore decreuerunt, quod quicumque aliquis guldam quesierit et fideiulorem posuerit quod procedat, tunc nullam societatem cum fratribus gulde pannicidarum et mercatorum prius habere debebit, quam guldam tribus vicibus quesierit, ut Juris est et ad guldam fuerit totaliter receptus. Istis tunc dabatur gulda: Seniori henningo militari, franconi filio ehardi de Stenuelde, Rose klot, herm. belcowe, Conrado filio ecchardi cum pectore.

Anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. feria tertia ante Nicolai habuerunt pannicide et mercatores colloquium: tunc data fuit gulda Lamberto insitori et werneker went et nycol. de yden.

Anno domini M^o. CCC^o. XXXII^o. Dominica proxima post Bartholomei biberunt pannicide et mercatores guldam: tunc fuit magister Cristianus kint, Aldermanni Johannes de Sluden et Reyner de calue. Ad futuram guldam instituebatur magister Rulo de bifmarck, Aldermannus Dencke noye et Ghiso de Scadewer prope semitam. Ministrantes Ar. vlamfenger monetarius, Rulo weneri, Ebelingus et Johannes Brunfwich. Tunc isti acquieuerunt guldam: Dominus Conradus de arnsteede prepositus in Stendal, Dominus marquardus prepositus in wizttock, Dominus Johannes vrsus canonicus in Stendal, dominus gherdangus, Dominus petrus vicarius ad Sanctum Petrum, sacerdotis. Item Arnoldus de yaghowe, Senior boldewer et Otto dicti de Kampe; dominus fredericus eorum capellanus et plebanus in sandow, Johannes de scarthowe, Ar. bewede, Egelko castel, Nicol. kremer,

hinricus portiz, Thidericus melcove, Thid. crufemarck. Tunc decreuerunt omnes fratres gulde communiter statuentes, Quum aliquis fratrum moreretur ex gulda, ipfius exequiis omnes alii debent totaliter interefle: quicumque non fecerit dictam libram cere dabit, nifi tunc racionabiliorem caufam habuerit fe excufandi.

Anno domini M^o. CCC^o. XXX quinto, In die dominico ante mathei, Celebrata fuit gulda et bibita. Tunc fuit magifter Rulo de bifmarck, Aldermanni Denecke noye et Ghifo de fcauwachten. Tunc ad futuram guldam inftituebatur magifter henningus dufer, aldermanni Tune hiddo et Ebeligus apud fratres; Miniftrantes henricus de fcepelitz prefectus, coppe beringeri, Gherze borken, heyne vrancke. Tunc ifti acqifierunt guldam Dominus Johannes de roxze, dominus iacobus de fluden, dominus henricus man, plebanus in ofterborch, et dominus henricus horn et dominus eghardus de ftenuelde et dominus conradus de buch, filius conradi de buch, et Cune de buch, pater eius, Dominus Wernerus de vincelberghe, Clerici omnes, preter Cune de Buch. Item de laycis Boldewinus dapifer, Cuneke de egftede, Coppe de brizke, hennig de gorne, Cune de wlich, vritze de quede, Thy. kremko et Lemme roxze habet guldam nauigantium; Item yorden rike et filius eghardi cum pectore, hennig gardelege, henke hake, hennig crufemarck, heyne hoghe, Patruus nycol. gunteri et yordan gunteri, iacob de budiz et heyne vrienften, qui tunc officium fuum abiuravit. Tunc omnes fratres gulde communiter decreuerunt statuentes. Primo quicumque ex fratribus alteri fuo confratre in fertone vel minus obligatur, nunquam debet eum nifi in colloquio inculpate: qui fi fatetur, perfoluet infra quindenam: quod fi non fecerit, impignorabitur pro quinque folidis, quos gulda optinebit. Si uero negauerit, ftatim cum fuo iuramento fe expurgabit. Item fi quis contumaciter in tribus colloquiis continuis fe abftentauerit, guldam fuam perdet, aut caufam racionabilem fue abfencie cum fuo iuramento demonftret. Item quicumque fine licentia magiftrorum exiit colloquium, impignorabitur pro VI denariis, quos gulda optinebit. Sed qui exiit colloquium contumaciter uel superbe, quum magiftri eum manere iubent, guldam fuam perdet. Item qui proderit illum, qui pannum infiderit non habens guldam, vniam fcopam vini habebit, fi excessus fuerit uerificatus. Item nullus debet habere hofpitem, ubi gulda bibitur, illum qui per diem et annum in ciuitate moram traxerit et cum alio fuerit in expenfis. Item nulli dabitur gulda nifi tria colloquia legitima in anno uifitauerit. Item nulli ab extra uenienti dabitur gulda, nifi habuerit litteras oftendentes, quod de thoro legitimo fit procreatus, fi de eo credulitas non habeatur. Item nullus habens guldam, qui iuribus gulde utitur, debet efle magifter uel aldermannus in alia gulda nec cum perfonis alterius gulde interloquia et locutiones habere. Quod fi fecerit, guldam fuam perdet. Item omnis, cuius pater guldam non habuit, fiue ab intus feu ab extra ueniens, qui uult adipifci guldam, dabit fex marcas fine gracia. Item quum celebratur gulda, tunc nulli dabitur gulda nifi eam in duobus colloquiis preteritis quefierit, nifi clericis in ciuitate beneficiatis et exceptis militibus, famulis et nobilibus dignis et exceptis illis, quorum patres ipfam guldam habuerunt. Item qui durante colloquio non uenerit ad colloquium, debet per feruum pro VI denariis impignorari, et fi quis pignus fuum defenderit, perdet V folidos, nifi tunc de fingulis caufam habuerit racionabilem fe excufandi.

Anno domini M^o. CCC^o. XXXVIII. celebrata fuit ghulda per fortiter bibentes in die dominico poft Bartolomei. Tunc fuit magifter ghodfcalc de yergow, aldermanni fuerunt Conradus hyddo et Ebeligus, tunc ad futuram ghuldam magifter electus fuit Reyner Calue, Aldermanni wyneke Scadewachten et Bolo weneri: miniftrantes fuerunt Hinricus fcepelicz, Koppe Beringer, Ghercke borke et heyne vranke. Tunc illo anno data fuit ghulda Bocholte, Nycolao fluden, Bete-

kino rokyz, Tylen de Scadewachten, Kersten plomese, et ghulda stagni data fuit ludolfo Byl, Conrado fmit, domino hinrico kuryz, Johanni de Scepelyz, Alberto de aluenfleuen. Tunc de consensu omnium pro Jure gfulde concorditer statutum fuit, quod habens ghuldam, cui ex patre ghulda in-nata non esset, si habeat filios etatis vltra octo annos, tales filii, si eciam ghuldam nostram intrare voluerunt, dabunt pro ghulda id, quod eorum pater. Si vero filii eius fuerint etatis infra octo annos, tunc dabunt pro ghulda, quando intrare voluerunt, viginti sex denarios. Secundo statutum fuit pro iure gfulde, quod nemo de confratribus nostris debet causas nostras, que in ghulda nostra tractantur et mouentur, cum aliis extra ghuldam et ghuldam nostram non habentibus tractare et manifestare. Quod si fecerit et cum duobus confratribus suis conuictus fuerit, soluet penam super hoc arbitratam et statutam.

Item in die fori nullus debet aperire cistam suam, nisi prius ambe Janue in vtraque domo fuerint aperte: qui hoc infregerit, V solidos emendabit.

Anno domini M^o. CCC^o. XLII^o., die dominico post Bartholomei celebrata fuit gilda et per fortiter bibita. Tunc magister fuit Reyner de kalue, aldermanni fuerunt wynecke Scadewachten et Role werner. Tunc ad futuram gyldam electus fuit magister deneke noye; aldermanni Arnt vlamengher et Joh. buck; Ministrantes henr. militard, hoyger kalue, berth. Kastel et Arnt Kone. Tunc et in Annis preteritis acquisuerunt gyldam franfoyer, vranke goltbeke, Junghe hans arnberg, hans Junghe, Laurentius, filius Johannis Laurenz, Junghe hans bilmareke, heyn Schulte, Gunter Koppyn, Gher. kothen, hans hufelitz, hoyger de cimiterio, hans kastel, Junghe heyn Berndes, heyn Kastel, hans militard, Tylo hoghe, Junghe godeschalc, pawel bismarc, Arnt berndes, yan lenzen, Deneke stendal, wessel enghels. Item in festo gilde data fuit gilda . . . beth. vriso, lodewico borst, Enghel hidden, vranke, filius hinrici vranken, Nycol. stenueld, Reynecke vrensten, Junghe buck, gher. hoghe, Gotzeke, hans schadewachten, Rose bilmarck, gher. vilne. Item domino Joh. de ofenbrueghe, her conr. dufer, her hinr. stalberg, h. gifo gysekens, her gherding, her will bacmester, h. peter nortsted, h. hermann belkow, h. wessel heftede, h. yan horn.

Anno domini M^o. CCC^o. XLIII^o. hiis data fuit gilda: Jord. dufer, hans bucholt, hans kyritz.

Anno domini M^o. CCC^o. XLIII^o., feria II post letare fuit colloquium, tunc istis data fuit gilda: Joh. Kalue, hinr. klot, Junghe hans infel, Cone moreg.

Eodem Anno fratres communiter decreuerunt, quod iuxta litteras dominorum omni Anno deberent eligi vnus magister et alii quatuor boni viri, qui rebus gilde fideliter preeffe debeant: tunc post bartolomei fuit colloquium, in quo electus fuit magister senior gyfo de schadewachten, aldermanni electi fuerunt gher. noppow, Johannes brunwich, Arnoldus pordiz, gher. borken. Tunc data fuit gilda philippo de kochen, Johanni schulten, Joh. laurentio iuniori, Reynero vreinften, Johanni Rokiz.

Anno M^o. CCC^o. XLV^o., feria V ante festum natiuitatis beate virginis fuit colloquium. Tunc electus in magistrum Johannes buck, aldermanni fuerunt Arnoldus Kone, henr. militard, Johannes brunwich et Arnoldus pordiz.

Zacharia sippelingk et foror eius, margareta, dederunt iohanni sippelingh, eorum fratri, quidquid ad eos ex parte patris et matris et fororis ad eos fuerit, de acker cofterbufch fuerit deuolutum etc. etc.

Anno domini M^o. CCC^o. XLIX^o., feria quinta ante bartholomei fuit colloquium pannicidarum et Magistri electi fuerunt Arnd kune, Tidericus borstal, deneke paschedach et coppekinus rike de arneborch, qui vna cum fratribus gilde concordauerunt bibere gildam cum tali iure, ut insequenti-

bus declaratur. Primo quod quilibet confratri singulari in qualibet mensa vna quarta vini erit tribuenda. Item quod quilibet confrater facete ac curialiter debet comedere et bibere et singulas facecias in mensa tenere, et qui excesserit, ciuitati atque gilde II marcas emendabit equaliter diuidendam. Item in prima die quum gildam bibere debent ante inceptionem, tunc magistri gilde cum consensu consulum debent habere plenam auctoritatem colloquium proclamandi, et qui tunc colloquium quesierit, si eciam prius non quesit ex speciali prerogatiua, dummodo honesta sit persona et honeste se rexerit, opus sibi donari debet sine contradictione. Et si magistri aliquem seu aliquos in seruiciis elegerint ad coquinam seu ad vina distribuenda, hoc ille, qui electus fuerit, facere debet sine contradictione et si contra diceret, hoc ciuitati atque gilde cum I marca emendabit. Item nullus confratrum debet qui gildam non habuerit secum adducere suos filios, nisi ad hoc specialiter fuerit vocatus.

Item si confratribus vina, quibus non indigent, superessent, tunc magistri ad ducillandum vendere sine denariis local. plenam debent habere potestatem. Item si aliquis confratrum ratione fragilitatis seu negotiorum specialium, ita quod non esset presens, ad gildam ire non posset et pro suo vino mitteret, illi vina sua sunt mittenda, et si aliquis temerario ausu neglexerit et venire ad gildam nollet, illi omnino nichil est donandum.

Nach der Urchrift im rathhäuslichen Archiv No. 58.

CXIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, Herrin der Altmark, bestimmt die Abgaben der Juden in Stendal, am 11. November 1329.

Nouerint vniuersi, ad quorum notitiam deuenerit presens scriptum, quod nos Agnes, dei gratia in Brunswich Ducissa, antique Marchie Domina, cum uniuersis nostris Judeis in Stendal et ad eorum uniuersitatem spectantibus placitauius in hunc modum, Quod ipsi Judei presentes et futuri nobis ab hac die in antea per sex annos continuos quolibet anno supra festum sancti Martini nomine contributionis dabunt XX Marcas argenti Brand. et ponderis, nec hanc summam propter diuitiarum affluentiam Judeorum eorundem vel si numerum ipsorum adaugeri contingerit, aliquatenus extendemus, nec etiam dictam summam remitemus vel diminuemus, si ipsos majori deputari contigerit, quod absit, inopie aut si ipsorum numerus fuerit diminutus. Dicti quoque Judei nostri talem modum circa extortionem dicte pecunie obseruabunt. Judei litteris seu priuilegiis nostris ad speciales summas dandas exempti primum suas summas exponant et quicumque tunc in XX Marcarum summa defecerit, hoc ceterorum Judeorum uniuersitas adimplebit, quorum contributio infra Marcam annualiter persoluetur, supra Marcam vero nobis annis singulis deuoluetur. Ut autem hec libertas dictis nostris Judeis inconcussa seruetur, hanc literam nostro sigillo sigillatam dari iussimus super eo. Adhibitis testibus scilicet Dno. Conrado, plebano in Gardelege, Dno. Henrico dicto Man, nostris capellanis, Conrado de Osterborch, Bertoldo de Veltim, Bertoldo de Buzst, militibus, ac nostro Marscalco Halt, dicto de Bafedow, cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde, anno domini M^o. CCC^o. XXIX^o., die S. Martini, in nostra prefencia.

Nach dem Original des Stendalschen Ratharchives No. 60.